UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

**Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius**

**Lipsiæ, Anno M.DC.XXX**

Ad librum III.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1194

Visual Library

*ævum*, lib. 5 v. 357. & lib. 7. v. 3;8. Opponitur huic *Grandævus*: & infra lib. 3. v. 266. *grandævum vulgus*. lib. 8. v. 150.

v. 661. CONCURRERE) De congreſſu & conflictu in bellis hoc verbum uſitatum eſt. Horat.

——— *Quid enim? concurritur, horæ*
*Momento cita mors venit aut victoria læta.*

Infra lib. 6. v. 15. *Quid opus concurrere, nec quos oderis?* v. 177. *Primasq; ſinit concurre pugnas*. v. 241. *Sed non iſdem artibus æquè concurrunt*. v. 408. *In ſua venſi funera concurrunt*. lib. 7. v. 177. *primasq; ſinit concurrere pugnas*. lib. 3. v. 511. *Phrygiis ultrò concurre monſtris Nempe virum*. lib. 4 v. 112. *Sumtisq; occurrere contrà cæſtibus*. v. 155. *Namq; iſti fruſtrà quiſnam concurrere monſtro audeat?* v. 194. *Contraq; occurrere poſcunt*.

v. 662. SE FUNDAT RATIBUS) Supra lib. 1. v. 253. *Molli funduntur in alga*. lib. 3. v. 3. *Vrbe profuſi Æneadæ*.

v. 664. NOX PLURIMA) pro, plurimùm, vel maxima & potiſſima pars noctis. Lib. 6. v. 223. *Cui plurima ſilvis pervigilat materna ſoror*.

v. 665. LUX) Metonymicè pro die. lib. 3. v. 48. *Lucis ad horas*. v. 213. *Iam luce propinqua*. lib. 2. v. 589. *prima ſub luce*. lib. 5. v. 1 *Altera lux haut-læta viris emerſit olympo*. V. N. 2. pont. 1. v. 25.

---

## AD
# LIBRUM III.

VERS. I. TITHONIA) Lib. 1. v. 311. *Alma novo criſpans pelagus Tithonia Phœbo*. Virg. 4. Æneid v. 585. *Tithoni croceum linquens Aurora cubile*. Natal. Com lib. 6. c. 2.

v. 2. EXSUPERATQ; POLUM) Baſil. Seleuc. Orat. in

transfiguratione. Domini, de Sole: πάντα δὲ καθύπερθε μελαίνης ἐσθῆτος ἀπογυμνώσας ταῖς τοῦ φωτὸς ἀμφιέννυσι χάρισι. Ita Nonnus lib. 22. v. 214. φαίνεται ἀσκεπέων νεφέων γυμνούμενος ἀήρ. Confer Coint. Smyrn. lib. 6. v. 1. lib. 8. v. 1. lib. 9. v. 1.

v. 2. TIPHYN) Ammian. Marcell. lib. 22. *Ejuſdem navis* (Argûs) *cautiſſimus rector Tiphys.* infra v. 37. ſupra lib. 1. v. 419. & 481.

v. 2. VOCABANT) Ita lib. 2. v. 372. *Zephiros audire vocantes.* infra v. 340. *Vocantibus Auſtris.* v. 699. *Iam vela petentibus Auſtris.* Virg. 3. Æneid. *Aura vela vocant.* Eryth. Ind. Virg.

v. 3. IT TECTIS ARGOA MANUS) Virg. 4. Æneid. 130. *It portis jubare exortô, delecta juventus.*

v. 6. QUEM LESBOS) *Lesbos vinô generoſo præſtans.* Neand. in deſcript. Orbis-terræ p. 436. Plin. lib. 14. c. 7. Agell. lib. 13. c. 5. Celebratur & *Methymnæum*, à Methymnâ, Lesbi urbe clarâ. Virg. 2. Georg. v. 89. *Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris, Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.*

v. 10. PICTÔ VARIAVERAT AURÔ) Supra lib. 1. v. 428. & lib. 2. v. 409.

v. 13. MANIBUSQ; DATIS) Supra lib. 2. v. 639.

v. 19. DINDYMA) Virg. 6. Æneid. infra v. 231. *Montis ululantia Dindyma ſacris.* Mox v. 28. *ariſonum montem*, vocat.

v. 19 SANGUINEIS FAMULÛM LACERTIS) infra v. 231. & ſeqq. & lib. 8. v. 239. Jul. Firmic. de errore profan. relig. Lipſ. cent. miſcell. epiſt. 75.

v. 22. ADSVETUM PHRYGIAS) Natal. Com. lib. 9. c. 5. Gyrald. hiſt. Deor. Syntag. 4. Ovid. 4 Faſt. Lucret. lib. 2. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 21.

v. 23. AD FRENA LEONEM) Commentar. Tegent. p. 20.

v. 24. ET NUNC ILLE JUBAS) Scalig. ad Manil. lib. 4.

lib. 4. v. 180. Poſtes ornare ſuperbis pellibus : notat; Poſtes à veteribus ornatos fuiſſe ſpoliis ferarum, item armis. Silius lib. 1. *In foribus ſacris, primoq; in limine templi Captivi currus, belli decus, armaq; rapta Pugnantum ducibus, ſævaq; in marte ſecures, Perfoſſi clypei, & ſervantia tela cruorem Pendent*

v. 29. Viro Nova Funera Volvit) Lib. 1. v. 32. *lethiq; vias ac tempora verſat.*

v. 31. Canebant Æquora) Ind. Dracont. in *Caneſcunt.*

v. 32. Sulco) V. N. 1. Triſt. 2. v. 76. Æneid. 10. v. 197. *Longâ ſulcat maria alta carinâ.* Nonnus lib. 1. v. 116.

ἀλλὰ φυτὸν πόντοιο πέλει δρύα, καὶ σπόρος ὕδωρ·
ναυτίλος ἀγρονόμος, πλόος αὔλακες, ὁλκὰς ἐχέτλη.

vid. ibid. præcedentia.

v. 34. Aura Vehit) Lib. 2. v. 586. *Stridenteſq; juvant auræ.*

v. 35. Rundace) Giſan. Ind. Lucret. legit ſeq. verſu: *Spumoſumq;* l. ſ. *Scyllaceon undæ.* Rundacus, ſeu, ut Græci, ῥύνδακος, urbs eſt inter Phrygiam & Helleſpontum ſita, teſte Stephano. *Scyllaceon* vocat, quam σκυλάκην alii, quod Cyzico vicinum eſt opidum, eodem teſte. infra lib. 6. v. 220.

v. 37. Soliſq; Cubilia) Statius 3. Silv. carm. 1. v. 184. *Soliſq; cubilia Gades.* Et Theb. 5. v. 487. —— *Et occidui rubuere cubilia Phœbi.* Horat. 4. carm. 15. —*Ad ortum Solis ab Heſperio cubili.* Silius lib. 3. *Extremamq; petit Phœbêa cubilia Tethyn Frenatis Neptunus equis.* Econtrà Joſepho Iſcano lib. 4. v. 19. *Prima dies, orbis oriens, cunabula Phœbi.*

v. 40. Clavo) Nonnus lib. 40. v. 463. ita deſcribit:

καὶ σχεδίης οἴηκα κυβερνητῆρα πορείης
ὑγρᾶς ἀτραπιτοῖο πολύστροφον ἡνιοχῆα.

vide ſupra lib. 2. v. 431.

v. 46.

v.46. LYMPHAVERAT URBEM) Martin. Lex. *Lympho*, perturbo, in furorem ago. Eſtq; *lymphatio* certa quædam mentis emotio: & ſynecdochicè pro omni furore ponitur. Citat hunc locum Scholiaſtes Juvenalis ad Sat,2. Infra lib.6. v.166. *Lymphataq; miſcet milia.* lib. 7. v.662. *It lymphante Deo.* Statius lib. 10. Theb. v.154. *Ecce recens, Superis animum lymphantibus, horror Thiadamanta ſubit.* Et v. 151. *Incertis lymphatam horroribus urbem.*

v.46. DEUS LYMPHAVERAT) *De terrore Panico* ubertim Politianus politiſſimus, Miſcell. c.28. Polyæmus lib.1. Strateg. *Pan erat dux Bachi, exercitui ob ſubitam hoſtium multitudinem trans vaſtum montem appellentem tremebundo. Svaſit Pan noctu adverſis petris reciprocaturum clamorem immenſam tollere. Hoſtes inſolitæ re conſternati caſtra deſeruerunt; hinc Panici terrores dicti.* infra lib.6. v. 533.

v.47. MYGDONIÆ MATRIS) Cybeles. Gyrald. hiſt. Deor. Syntag. 4. p.142

v.48. PAN NEMORUM) Gyrald. ibid. Syntag.15. p. 434. Natal. Comes lib. 5. c.6.

v.51. VOX OMNES SUPER UNA TUBAS) Etiam ii *clamores*, quos *Panicos* vocamus, ad terræ ruptæ aut antrorum ſonitus referebantur, quibus pecora externata fugiebant. Cornutus c.27. ἔστι δὲ τὸ Πανικὰς λέγεσθαι ταραχὰς τὰς αἰφνιδίους καὶ ἀλόγους· οὕτω γὰρ πως καὶ αἱ ἀγέλαι καὶ τὰ αἰπόλια πτοεῖται, ψόφου τινὸς ἐξ ὕλης ἢ τῶν ὑπάντρων, καὶ σφαραγωδῶν τόπων ἀκούσαντα. Barth. lib. 41. cap. 26.

v. 54. EUMENIDUMQ; COMÆ) Natal. Com. lib. 3. cap. 10.

v.58. EXILIT ALTIS TORIS) Fuerunt enim tori veterum Heroum altioris. Barth. lib.22. c. 8.

v.61. ORICHALCA) De hoc vocabulo videntur Martinius in Lexico. Græcis ὀρείχαλκος, ου. Legitur

&

& ſecundâ brevi 12. Æneid. *Alboq́ue orichalco*, Id eſſet ὀρείχαλκος. Statius 10. Theb. 655.

*——— Et ſparſa orichalca renident.*

v. 62. TRIPLICI PULSANS FASTIGIA CRISTA) Lipſ. de Milit. Rom. lib. 3. dial. 5. Virg. 7. Æneid. de Turno: *Cui triplici crinita juba galea alta Chimeram Suſtinet.* Junonis item galea terribilis fuit tribus criſtis apud Homer. Iliad. 5. κρατὶ δ' ἐπ' ἀμφίφαλον κυνέην θέτο τετραφάληρον. Eryth. Ind. Virg. infra v. 175. *Oblatamq́ue ferit galeam criſtasq́ue rubentes.* vide ſupra lib. 1. v.

v. 66. NUBE MERI) pro ebrietate. *Nubem oblivionis* dixit Pindarus Olymp. 7. λάθας ἀτέκμαρτον νέφος: *Nuben veterni*, Auſonius: *Nubem inſcitiæ*, Boeth. lib. 5. proſ. 2.

v. 66. GEMINAM PHOLOEM MAIORAQ́; CERNENS) Coint. Smyrn. lib. 13. v. 6. πῖνεν ἀκηδέστως· βαρέθοντο δέ οἱ φρένες ἔνδον.

ἀμφὶ δ' ἄρ' ὀφθαλμοὶ στρεφεδίνεον·
καὶ ῥά οἱ ἐν μεγάροις κειμήλια, καὶ δόμος αὐτὸς
φαίνετο, κινυμένοισιν ἐοικότα· πάντα δ' ἐώλπει
ἀμφὶ περιστρωφᾶσθαι ἀνὰ πτόλιν. ἀχλὺς δ' ὄσσεν
ἄμφεχεν. ἀκρήτῳ γὰρ ἀμαλδύνονται ὀπωπαί.

Non ab eô diſſimile: *Et geminis adſurgit menſa lucernis.* M. Anton Sabell. T. 1. Crit. p. 179.

v. 71. EXCUBIAS SORTITA MANUS) Lib. 5. v. 251. *Excubias Gradive tene.* Excubiæ ad portas pro ſummâ cuſtodiâ, erant. Barth. lib. 21. c. 15.

v. 72. ADVOLAT) De ſummâ celeritate crebriter hoc verbum uſurpat. infra v. 592. *Volat ordine nullo, cuncta petens.* lib. 4 v. 203. *Devolat inde furens.* v. 299. *Advolat ora viri.* v. 646. *Ipſe per arva volans.* lib. 6. v. 342. *Trepidis ſuperadvolat Idas.* v. 370. *Adolat ipſa.* v. 567. *Iam non per curva volantem ſtagna.* v. 631. *Ille volat campis.* v. 655 *Advolat Æſonides.* lib. 7. v. 264. *Et ipſe advolat.* v. 617. *Advolat.* lib. 8. v. 137. *Volat ipſe, ſenecta immemor.*

v. 74.

v.74. MINYAS FIXIT PAVOR) *Figere hîc eſt perterrere, externare.* lib.4. v.225. *Cum pavor & gelidus defixit Caſtora ſanguis.* lib 6.v. 504. *Defixaq; virûm lituûmq; fragoribus horrent.* v.534. *Hac tunc attonitas facie defixerat hoſtes.* lib. 8. v. 213. *Suſcitat adfixam mæſtis Æëtida curis.* Statius 1. Achill. v.158. *Figit gelidus Nereïda pallor.* Lucret.lib.3. *Nec gelidis torpet telis perfixa pavoris.*

v.77. HASTA VOLANS) Ex Virgilio Æneid. 12. v. 270.

v.79. PRINCEPS) Etiam primum ſignificat. Cic. Verr.7. *Ut quisquis in fuga poſtremus, ita periculo princeps.* Vide Tiraq. de jure primig. præfat. n. 36.Barth. lib.33. c.21.

v.83 CLAMORQ;) Lib.6. v. 750. *Solusq; juvant clamoribus agmen.* Lege Gruterum parte 1. Diſcurſ. ad Tacitum p.109.

v.85. OCCUPAT ARVA FURENS) Virg. *Fertur in arva furens.*

v.86. THORACIBUS HORRENS) Virg.2.Georg.v. 142. *Nec galeis denſiſq; virûm ſeges horruit haſtis.* Æneid. 7. v.525. *Atraq; latè Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus.* Et 12. v.663. *Strictisq; ſeges mucronibus horret Ferrea.*

v.68. TERRORQ; PAVORQ; MARTIS EQUI) Fabulantur, Martem in curru vehi, cujus auriga erat Bellona. Virgil.8. Æneid. v.703. *Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello. Terror & Pavor*, equi vocati, currum Martis trahebant. Nat.Comes lib.2.c.7. Virg. 3. Georg.v. 91. *Martis equi bijuges*, vide Statium 3. Theb. v.420. & ſeqq.

v.95. TORTÆ PONDERA FUNDÆ) Lucan. lib.1. v. 229. *terto balearis verbere funda Ocior.* ubi Sulpit. & Micyll. Iſidor. Orig.18. c. 10. *Funda dicta, eò quòd ex ea fundantur lapides, id eſt emittantur.*

v. 110.

v.100. AMNEM SPUMANTEM NIMBIS) *Torrentem* innuit, qui ſignificat fluvium, ſubitis imbribus concitatum, qui alioqui ſiccitatibus exareſcit. Feſt. Antiphilus Anthol. 1. v. 71 χείμαῤῥον ait μεθύειν ὀμβρίῳ, καὶ οὐ νύμφαισι διαυγὲς νᾶμα φέρειν. Nominat etiam ἤδον ὕδωρ, ἠελίῳ κεκαυμένοι. Coint. Smyrn. lib. 14. v. 5. torrentibus montanis, qui omnia ſecum raptant, aſſimilat Græcos, Trojam diripientes:

χειμάῤῥοις ποταμοῖσιν ἐοικότες, οἵτε φέρονται
ἐξ ὀρέων κατὰ χηδὸν ὀρινομένης ὑετοῖο·
πολλὰ δὲ δένδρεα μακρὰ, καὶ ὁππόσα φύετ' ὄρεσφιν,
αὐτοῖς σὺν πρώνεσιν ἔσω φορέουσι θαλάσσης.

Confer Virg. 2. Æn. v. 305. Claudian. 1. in Rufin. v. 269. & 1. de raptu v. 198. & de Mallii Theod. Conſ. v. 236. Proverb.

v.101. RUENTEM) *Ruere*, eſt proruere, eruere, diruere, præcipitare. Virg. 1. Georg. v. 105. *Cumuloſq; ruit male pinguis arena*. Lucret. lib. 1. *Ingenteſq; ruit naves*. Et lib. 6. *Cum mare permotum ventis ruit intus arenam*. Giſan. Ind. Lucret. p. 419. infra lib. 3. v. 582. *Obvia quæq; ruens*.

v. 102. INTENTIS VIRIBUS) *Intendere vires vel nervos*, extremum conatum ſignificat. Adi Caſaub. ad Athenæum lib. 1. c. 5.

v. 104. SUBIT ILIA CUSPIS) Virg. 7. Æn. v. 498. *Actaq; multo perq; uterum ſonitu perq; ilia venit arundo*. infra v. 134. *Pectus arundo per medium contenta fugit*.

v. 106. ÆQUORA) Vocabulum hoc de aëre, aquâ, terrâ, dicitur: & eſt lævor in his omnibus & æquabilitas. Alb. Gentil. lect. Virgil. c. 17.

v. 106. PURPUREAM SINGULTIBUS EXSPUIT AURAM) *Purpuream auram* vocat ſanguinem; uti Virg. 9. Æn. *Purpuream vomit ille animã*. Prudentius Periſteph. 3. *purpurã ſanguinis* dixit: & hym. 5. *purpurantẽ cruorẽ*. *Singultib. exſpuere*, dictũ ut illud Statii 5. Theb. v. 261. *Semi-*

nexes

*neces pueri trepidas in limine vitæ Singultant animas.* Et 3. Theb. v.90.

*——— Extremiſq; animæ ſingultibus errans,*
*Alternus nunc ore venit, nunc vulnere ſanguis.*

Zinzerling. Crit. juvenil. Promulſ. c.14. Infra v. 217. *Tepidi ſingultibus agri labentum.* lib. 2. v.210. *Singultantia geſtans ora manu.*

v.107. IN MEDIÔ RUPES LATET HORRIDA PONTÔ) Glos. Iſidori : *Scillæ, ſaxa latentia in mari.* Et Glos. ὕφαλος πέτρα, *latens ſaxum.*

v.108. QUAM SUPER IGNARI) Nam alioqui, ſecundum Cointum Smyrn. lib.8. v.415.

ναύτης, ὡσαι παλύσασθαι ἰδὼν ἐνὶ χεύματι πέτρην
νῆα περιτρέψῃ, ἀλιχμένος ἔξυπαλύξαι.
χειρὶ παρακλίνας οἰήιον, ᾗχί ἑ θυμὸς
ὀτρύνει, τυτθὴ δὲ βίη μέγα θῆμ' ἀπερύκει.

v.110. STRICTIS ENSIBUS) Lib.8. v. 360. *Arma ferens & ſtrictum naufragus enſem.* V. N. ad Horatii Oden VII. Epodon.

v.114. VIVOQ; RELUXIT IGNE) Alii, *torre. Vivus*, vividum denotat. Vide Barth. lib.35 c.16. & ad Claudian. lib. 1. in Rufin. v.209.

v.118. PRÆFULGURAT VIAS ENSE) Neutrum ponitur ἐνεργητικῶς κατ' ἐναλλαγήν. Ita lib. 2. v. 228. *Ferrumve ſuper Bellona coruſcet.* Ut Virg. 12. Æneid. v.887. *Æneas inſtat contrà, telumq; coruſcat Ingens roboreum.* Et v.919 *Cunctanti telum Æneas fatale coruſcat.*

v.123. PINGUIQ; BITUMINE LAMPADA) Ovid. 3. Metam. v.373. *Non aliter, quàm cùm ſummis circumlita tædis Admotas rapiunt vivacia ſulphura flammas.*

v.129. TYPHON) Præcipua navigantium peſtis, non antennas modò, verùm ipſa navigia contorta frangens. Plin. lib. 2. c.48. Apulejus de mundo: *Si ignitum non fuerit fulmen, Typhon vocatur.* Had. Junius proverb. *Typhon,* inquit, eſt nimbus è nubibus erumpens, nau-

tis admodum formidoloſus; quem hîc deſignat Valerius. Seneca 5. Natur. quæſt. c. 12. & 13. infra lib. 6. v. 169.

v.135. CONTENTA) Velut continuò curſu concita; Claudian. lib. 2. in Eutrop. de haſtâ:

—— *Illa per auras*
*Tot freta, tot montes, uno contenta volatu*
*Tranſilit.*

Barth. lib. 25. c. 15.

v.139. SECURI) Lipſ. 4. Poliocret. c. 4.

v.143. LINQUITE, AIT, FERTO) Joh. Bapt. Pius annot. poſt. c. 147. T. 1. Crit. p. 531.

v.143. POTIUS MIHI DEXTERA FERRO) Ovid. 9. Metam. v. 29. *Melior mihi dextera lingua eſt.*

v.144. GNAVET OPUS) Elegans verbum eſt, *Gnavare*, ut hîc. Onomaſt. *Navo* προσέχω. Philoxeno gloſſatori priſco: *Navat*, διαπράσσεται; quod cum Valerio conſentit. Barth. lib. 32. c. 3.

v.146. RUPTA TESTUDINE) Lipſ. 1. Poliocret c. 5. & lib. 5. c. 1. Statius 10. Theb. v. 525. *Scrutanturque cavas tacta teſtudine turres.* Joſeph. Iſcan. lib. 6. v. 560. *Teſtudo viatrix ſubdola.*

v.156. DEMETIT ENSE) Infra v. 669.

—— *Quæ tegmina ferro plura metam.*

Silius lib. 13. —— *Ruit obvia in arma*
*Scipio, & adverſum metit inſatiabilis agmen.*

Statius 7. Theb. v. 711.

—— *Fulcato Chromin & Cremetaona curru*
*Cominus hunc ſtantem metit, hunc à poplite ſectum.*

Galter. lib. 5. Alexand. v. 143.

—— *Lacheſis Clothoque virorum*
*Fata metunt.* Idem lib. 3. v. 46.
*Solo furialiter ictu demetit enſe caput.*

Seneca Agamem. v. 686. *Ferro caput demetere.* vide Joſeph. Iſcan. lib. 6. v. 198. 322. 440. lib. 4. v. 379. lib. 5. v. 351.

v.157. INSIGNEM) Glos. *Inſignis* ἐπίσημος, ἔξοχος. Eſt eximius; quia, quæ præſtant aliis, ſigno ſolent diſcerni. Et, ut inquit Feſtus, tam ad laudem, quàm ad vituperationem inflecti poteſt. vide Tiraq. de nobilit. c.2.n.34.

v.159. PECTINE) πλήκτρῳ. infra lib. 3. v.540. *vel poſitô venantem pectine Phœbum.* Corn. Gallus eleg. 4.

*Nunc niveis digitis, nunc pulſans pectine chordas,*
*Argutô quicquid murmure dulce loqui.*

Virg. 6. Æn. v. 657.

*Iamq́ eadem digitis, jam pectine pulſat eburnô.*

v.161. DISSICIT) Ita leg. Gifan. Ind. Lucret. p.479. Prudent. Cathem. 1. v.97. *Tu Chriſte ſomnum diſſice.* Et Periſteph. 3. v.109. *Cum membra morbus diſſicit.*

v.161. SOCIA CLAVA) Hinc Ovid. in Ibin. v. 255. *Clavigerum* nuncupat. vide Natal. Com. lib. 7. c.1. p. 694. Iſidor. Orig. 18. c.7. Statius 2. Theb. v.619. *Pinea nodoſa quaſſabat robora clava.*

v.163. ROBUR) Glos, *Robur* εἶδος ξύλου, μελάνδρυς. *Robereum*, δρύϊνον. Onomaſt. *Robur*, ἀγρία δρῦς.

v.165. SPARSUSQ; CEREBRO) Virg. 10. Æn. v. 416. *Oſſaq́ diſpergit cerebro permiſſa cruento.* Æneid. 5. v. 413. *arma ſparſo infecta cerebro.* Seneca Herc. Fur. v. 107. *Cerebro tecta diſperſo madent.* Et Troade v. 1114. —*Silicis incurſu caput Ruptum cerebro penitus expreſſo jacet.* Statius 8. Theb. v. 760. *Effracti perfuſum tabe cerebri.*

v.166. ALBET AGER) Ita Ovid. 1. Faſt. v. 558. *Squalidaq́ humanis oſſibus albet humus.* Virgil. 12. Æn. v. 36. *Campiq́ ingentes oſſibus albent.* Tacitus: *Medio campi albentia oſſa, ut fugerant, ut reſtiterant, disjecta aut aggerata.* Seneca Oedipo v. 84. *Albens oſſibus ſparſis Solum.*

v.168. OCCUMBES ET NUNC, AIT, HERCULIS ARMIS, DONUM INGENS) Ita Ovid. 12. Metam. v. 80. ——— *Solamen habeto*

*More*

*Mortis, ab Æmonio quòd ſis jugulatus Achille.*

Virg. 10. Æneid. v. 829.

*Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem;*

*Æneæ magni dextra cadis.*

Galterus lib 9. v. 540.

*Gloria quantalibet vili ſordeſcit in hoſte.*

ubi & antecedentia evolve.

v. 177. FRIGIDUS SOMNUS) Dum anima in corpore eſt, idipſum fervet caletq; ; ſicut continuò, cum abit, friget omninò. Ex quô *frigus* pro morte; *frigidus & frigens*, pro mortuo; & *mors frigida ac gelida* dicitur. Lib. 6. v. 278. *Voxq; repreſſa gelu.* lib. 5 v. 26. *Mors frigida contrà urget.* Ita hîc *Somnus frigidus.* Plura Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 573. Refer huc illa Palingenii in Geminis:

*Eheu! quàm longam tribuent tibi fata quietem,*
*Quum ſemel adveniet nox illa noviſſima, poſtquam*
*Non redit ulla dies; geliduſq; reliquerit artus*
*Spiritus iſte levis, volucriq; ſimillimus auræ!*
*Tunc ſibi perpetuo claudentur lumina ſomno.*

v. 177. ORBES PURPUREOS) *Purpureum*, quicquid coloris eſt grati, accepti & egregii. Sic *coma Niſi purpurea* ab Ovidio celebratur. Ita hîc *Oculi purpurei.* Apud Virg. 6. Æneid. v. 650. *lumen purpureum.* Supra lib. 1. v. 572.

v. 178. SOMNUS) vide infra lib. 8. v. 74. & quæ commentatus ſum ad Prudentium Cathemer. 1. v. 6. Phyſicas Philoſophorum ſomni & mortis rationes habet Plutarchus de placitis philos. lib. 5. c. 24. Adde Boch. ad Pſalm. 12, Barth. ad Claudian de bello Gild. v. 213. infra v. 290. mors appellatur *Nox.* Magir. in Polymnemone, tit. *Mors non timenda.* n. 227. & 228.

v. 178. OBIT) Vide Max. Sand. in Symb. vitæ humanæ c. 76.

v. 179. VITAQ; FUGIT DECUS OMNE SOLUTA)

D. Bernhardus lib. de modo benè vivendi c. 23. *Dic mihi, qualis profectus in pulcritudine carnis: nonne ſicut fœnum ſiccatur homo, & fugit pulcritudo ejus ſicut umbra? Et quando mors venerit, dic rogo, quanta pulcritudo in corpore remanebit? cum videris totum corpus tumidam eſſe, & in fœtorem converſum, nonne claudis nares tuas, ut non ſuſtineas fœtorem fœtidiſſimum? Dic rogo, ubi tunc pulcritudo vultus, ubi blanda verba, quæ corda audientium molliebant? ubi tunc ſermones dulces, qui homines lætificabant? ubi tunc vana & inutilis lætitia, quæ in riſum homines commovebat? periit, ad nihilum devenit, ſicut fumus evanuit; ita eſt conſummatio pulcritudinis carnis, & conſummatio corporis. Cognoſce ergo, quia vana eſt pulcritudo. Unde etiam Salomon ait: Fallax gratia & vana eſt pulcritudo, &c.* Confer Tiraq. connub. 2. n. 19. & ſeqq.

v. 180. DESERE NUNC) Sarcaſtica inſultatio.

v. 183 SI FATA SINANT) Æneid. 8. v. 18. *Si quà fata ſinant.*

v. 192. TOTIS CONNISUS VIRIBUS) Æneid. 5. v. 226. *Quem petit, & ſummis anniſus viribus urget.* Et 10. v. 127. *Fert ingens toto conniſus corpore ſaxum.* Conniſus, egregium verbum eſt, vimq; magnam exprimit. Prud. Pſychom. v. 137. *Enſe coruſco Coniſa in plagam.* Gifan. Ind. Lucret. p. 382.

v. 197 EXTREMA SONUIT CITA CASSIDE CUSPIS) Extrema caſſis ſeu galea rectè dicitur, id eſt; ſumma, ἀκρωπότη. Cuſpis ſeu haſta, optimè *cita. Volat ocior Euro*, inquit Virg. de haſtâ. Gifan. Inde Lucret. p. 479. Ita hìc v. 184. *Celere telum.* vide ſupra lib. 1. v. 524.

v. 198. PARTEMQ; TRILICEM) i. laminas ſic geminatas. Lipſ. de Milit. Rom. lib. 3. dial. 6. Martin. in Lex. *Trilix*, ex tribus liciis conſtans: τρίμιτος. Inde Glos. Cyr. τρίμιτος, *trilix*, Germ. Zwilch/ à zwey licia: à duplici tramâ, weil zweymal eingetragen wird.

v. 199.

v.199. Stomachi Secreta) ut, *Vitalia rerum*, apud Lucretium. Giſan. p.479.

v.208. Vesuvus) Mons Campaniæ, ab æſtu & igne nobiliſſimus. Dicebatur *Veſævus*, *Veſuvus*, & *Veſuvius*, quidam *Veſuius* ſcribunt. Giſan. Ind. Lucret. p. 472. & ſeq. vide infra lib. 4. v. 506. Statius 3. ſilv. carm. 5. v. 72.

*Non adeò Veſuvius apex, & flammea diri*
*Montis hiems, trepidas exhauſit civibus urbes.*

Et 5. ſilv. carm. 3. v 206. *Veſuvina incendia.*

v.210. Ignea Astra) V. N. ad D. Hilarii Geneſin v.77. & 94. Juvencus præfat. in hiſt. Evangel v. 3. *Non ignea ſidera cœli.* Supra lib. 2. v. 65. *Axe nitet ſerpens, ſeptenoſq́; implicat ignes.* lib. 5. v. 368 *Cum magis aſperat ignes Sirius.* v. 415. *Madidis rorantes crinibus ignes*, Ovid. 7. Metam. v. 194. *Aurea cum Luna ſuccedite ignibus aſtra.*

v.210. Nox Bigis) Supra lib. 2. v. 261. Barth. lib. 10. c. 12.

v.225. Spemq; Ætheris Amens Concipit) Ovid. 1. Metam. de Phaethonte: —— *Et concipit æthera mente.*

v.227. Eumenidum Canis) I. *Cerberus canis inferorum*, Seneca Agamem. v. 859. qui, ut Propertius ait, *tribus infernum cuſtodit faucibus antrum*, Virg. 6. Æneid. v. 417.

*Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci*
*Perſonat, adverſo recubans immanis in antro.*

Infra lib. 6. v. 112.

*Quanto ſonat horrida Ditis janua.*

Euripides etiam Cerberum θῆρα τρικάρηνον vocat. vide Senecam Herc. Fur. v. 782. & 1105. Agamem. v. 13. Oedipo v. 581.

v.228. Acerba Fremens) Adjectivum neutrum adverbialiter ponitur creberrimè, in utroq; numero,

per antimeriam. infra v. 348. *Luctificum clangente tubâ.* Vide ſupra lib. 1. v. 38. Vechner. hellenolex. 1. c. 4. Zinzerling. promulſ. Crit. c. 37.

v. 230. NIL AUSAS SINE REGE MANÛS) *Eſt princeps in exercitu veluti Numen quoddam; ex quô milites ſpiritûs capere videntur fortes.* P. Gregor. lib. 11. de Rep. c. 4. *Et ante oculos ſui quiſq; Regis aut Ducis ardentiùs dimicat; & opera virtutis fortiùs ac diligentiùs exhibet, moriq; mavult, quàm aliquâ ex parte de gradu cedere.* Fr. Patrit. de Repub. lib. 9. tit. 2. Hinc illud Maronis, Æneid. 9. v. 73. *Urget præſentia Turni.* vide Richter. ax. polit. c. 424. Heider. in polit. c. 2. p. 320.

v. 233. JUSTÂ SANGUIS EXUBERET URNÂ) Supra v. 19. & lib. 8. v. 239.

v. 242. FUNDUNT TELA) Tralatio ab aquarum effuſione ad telorum emiſſionem. Virg. XI. Æn. v. 610. *Fundunt ſimul undiq; tela Crebra, nivis ritu.* Latinus Pacatus Drepan. *Effuſis hinc inde ſagittarum nimbis.*

v. 251. NOCTE SATÆ) Eumenides ſeu Furiæ. Nat. Comes lib. 3. c. 10.

v. 253. DANT TERGA METU) infra v. 367. *Dare verſa retrorſus terga metu.* Cl. Mar. Victor. lib. 3. v. 384. *Vertunt terga metu.* Statius 8. Theb. v. 664. *Quò terga datis?*

v. 254. QUÆ SOLA SALUS) Statius 10. Theb. v. 526. *At Tyrii, quæ ſola ſalus, caput omne coronant Murorum.*

v. 256. SPARGERE LUMINE) Lucret. lib. 2. v. 143. *Primùm Aurora novô cùm ſpargit lumine terras.* Virg. 4. Æn. v. 584. *Prima novô ſpargebant lumine terras.* infra lib. 5. v. 318. *Ergo ubi lux altum ſpargit mare.*

v. 262. RIGOR HORRIDUS) lib. 2. v. 203. *adſtrictô riguerunt ubere nati.*

v. 263. CEU PAVET AD CRINES ET TRISTIA

PEN-

PENTHEOS ORA) Hygin. fab.184. Ovid. Metam. 3. v.710. & ſeqq.

v.263. THYAS) θυὰς, *manas*, furore percita; à θύω, cum impetu ruo, lib.6. v 755. Æneid. 4. v.301.

*Bachatur; qualis commotis excita ſacris*
*Thyas, ubi audito, &c.*

Seneca Oedipo v 441. *Poſt laceros Pentheos artûs Thyades æſtro membra remiſſæ, velut ignotum videre nefas.* Et Herc. Oet. v. 701. *Qualis Bacho ſaucia Thyas.*

v.266. EFFUSI) Lib. 2. v. 661. *Cunctaq; ſe ratibus fundat mare.* Et v.3. *Simul urbe profuſi Æneadæ.* Lib. 6. v.106. *Clauſtriſq; profuſi Caſpiadæ.*

v.270. DEUS HÆC DEUS ASPER) Ita Statius 5. Theb. v.133. *Deus has Deus ultor in iras Apportat.*

v.273. CONSERTÆ CÆDIS) Ita *conſerere bella* cum adverſariis dixit *Arnobius*, *Chriſtianorum Varro*, lib.2. vide Zinzerling. promulſ. Crit.c 10. Supra v.30. & 122. *Manûs & bella conſerere*, infra v.637. *Serens fera jurgia dictis.*

v.275. STRAGE VIRÛM) Glos. ϛρῶσις νεκρῶν ἐν πολέμῳ. Et σύμπτωσις ἐπὶ συμάτων, *ſtrages.* Paulò autè v. 269. *Vellem hac equidem me ſtrage meoſq; procubuiſſe magis.* lib.6. v.507. *Drangaaq; denſâ ſtrage cadit legio.* lib. 2.v.179. *Stragemq; Deûm.*

v.278. PARS SERA COMPONUNT LUMINA DEXTRA) Supra lib.1. v.334. V.N.3. Triſt.3.v.44.

v.291. JUBAR) V.N. ad O. Hilarii Geneſin v.77. Ita Cometam nuncupat Seneca Octaviâ v.227.

——— *Vidimus cælo jubar*
*Ardens, Cometam pandere infeſtam facem.*

Confer Barthium πανεπιςήμονα lib.17.c.3.

v.298. CLARII ANTRA DEI) Vide Friſchlinum ad Callimach. hym 2.

v.302. DIVIS SINISTRIS) Eraſm.adag. *Genius malus.* &, *Hercule dextrô*

v.310. VOS AGE VOLVITE) Servius in 2. Æneid. *Age. modò non eſt verbum imperantis, ſed hortantis adverbium; adeò ut plerumq; Age facite, dicamus, & ſingularem numerum copulemus plurali.* lib.5.v.538. *Age defendite.* lib.6.v.213. *Hunc age vel cæſo comitem me reddite fratri.* Virg. Ceiri v.99. *Nunc age Divæ Præcipuè noſtro nunc aſpirate labori.* Statius 5. Theb.v.137. *—Age averſis thalamos purgate maritis.* Et lib.7.v.612. *Ite age nunc pacem ſperate* v.627. *Nunc age Pieriæ veſtras acies veſtramq; referte Aoniam.* lib.9. v.315. *Nunc age docta noſſe indulgete ſorores.* lib.10. v.33. *Ite age.*

v.311. DATE DEBITA CÆSIS MUNERA) Kirchmanus, Muſarum decus & delicium, de Funer. Rom. lib.3 c.5.

v.313. LACERAS FUSA COMAS) Idem lib. 2. c.12.

v.316. CUNCTA TRAHIS) Catullus ad Mallium:

*Tu mea tu moriens fregiſti commoda, frater,*
*Tecum unà tota eſt noſtra ſepulta domus.*
*Omnia tecum unà perierunt gaudia noſtra,*
*Quæ tuus in vita dulcis alebat amor:*
*Cujus ego interitu totâ de mente fugavi*
*Hæc ſtudia, atq; omnes delicias animi.*

v.320. TRIVIÆQ; POTENTIS) Turneb. lib. XI. cap. 8.

v.322. TU MIHI QUI CONIUX PARITER FRATERQ; PARENSQ;) Ita quoq; Andromache Iliad.2.ad Hectorem:

ἕκτορ ἀτάρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης.

Geminum locum in Commentar. Terent. p.521. notavi.

v. 333. VADIT SONIPES CERVICE REMISSA) Non homines ſolùm, ſed & equos in magnatum exſequiis

quiis iviſſe, qui mos hodieq; durat, videre eſt ex Chryſoſtomo homil.3. ad populum Antioch. *Divite aliquo mortuo, non ſervos ſolos & ancillas, ſed & equos neceſſariò ad ſepulturam ſequi jubent, calamitatis magnitudinem oſtentates, & omnes ad miſeriam allicientes.* Kirchman. lib.2. c.10. Lipſ. cent.3. ad Belg. ep.56. Virg. XI. Æn. v.89.

*Pòſt bellator equus, poſitis inſignibus, Æthon*
*It lacrimans guttiſq; humectat grandibus ora.*

v.334. Venatrix Nec Turba Canum) Hanc in rem exempla congeſſit Kirchmanus lib.3.c.4.

v.339. Ardentes Murice Vestes) Æneid.4. v.262. —*Tyrioq; ardebat murice lana Demiſſa ex humeris.* Glos. *Murices*, πορφύρα. Et alt. κογχύλιον, *murex.* Vide Scholiaſt. Juven. ad Sat.1. & 3.

v.341. Galeam Dilectaq; Cingula Regni Inicit) Kirchman. lib.3. c.5.

v.344. Sanguis) V. N. ad Horat. Oden. XVI. Epod. v. 9.

v.345. Insigne) Singulariter pro eô, quod vulgò *arma* dicimus. Virg.7. Æneid. v.657.

——*Clypeoq; inſigne paternum,*
*Centum angues, cinctamq; gerit ſerpentibus hydram.*

Et lib.8. v.505.

*Ipſe Oratores ad me, regniq; coronam*
*Cum ſceptro miſit, mandatq; inſignia Tarchon.*

Econtrà *inſignia* & armorum nomine appellantur; quoniam plerumq; in armis ſculpi & antiquis & noſtris temporibus ſolebant, ut hinc armati, facie armis opertâ, dignoſcerentur. Adi Tiraquellum de nobilit. c.6. n.19.

v.346. Inde Ter Armatos) Kirchmanus, nunquam mihi ſine honoris præfatione dicendus, lib.3.c.3.

v.350. Collucent Æquora Flammis) Æn.5. v.3

*Mœnia reſpiciens, quæ jam infelicis Eliſæ*
*Collucent flammis.*

*Lucere* autem, *collucere*, & *fulgere locus* dicitur lumine illuſtratus. Silius lib. 7.

*Per juga, per valles, errat Vulcania peſtis,*
*Nuſquam ſtante malo; vicinaq; littora fulgent.*

Prudent. Periſteph. hym. 2. v. 269.

*Nam carceralis cæcitas*
*Splendore lucis fulgurat.*

Gifan. Ind. Lucret. in *Fulgere.*

v. 359. ARCES AD PATRIAS AVIBUS JAM VERE REVECTIS) Confer Statium 8. Theb. v. 616.

v. 361. ASPERA CURIS NOX) *Curarum maxima nutrix nox*: inquit Ovid 8. Metam. v. 81. Elegans hanc in rem locus extat apud Achillem Tatium lib. 1. de Clitoph. & Leucipp. amor. ἔϛι μὲν τῇ φύσει καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, καὶ τὰ τοῦ σώματος τραύματα νυκτὶ χαλεπώτερα, καὶ ἐπανίϛαται μᾶλλον &c. Vide infra lib. 7. v. 142. Nonnunquam tamen νὺξ καὶ ἀχνυμένοισι πέλει θνητοῖσιν ὄνειαρ, ut ait Coint. Smyrn. lib. 3 v. 656. Sicut & à Seneca Herc. Fur. v. 1065. *Domitor laborum & requies animi nuncupatur.* infra lib. 5. v. 278. *Nox hominum genus, & duros miſerata labores Rettulerat feſſis optata ſilentia terris.* Statius 3. Theb. v. 415. *Nox ſubit, & curas hominum motûſq; ferarum Compoſuit.*

v. 368. ÆGRÔ ASSIDUÈ MENS CARPITUR ÆSTU) V. N. 1. Triſt. XI. v. 9. & ad Muſæum v. 332. infra v. 571. *Varios hinc excitat æſtûs nube mali percuſſus amor.* Et v. 675. *Inſano turbidus æſtu.* Et v. 505. *inſidias æſtuq; novercæ.* Lib. 5. v. 302. *Varios incerta per æſtus Mens rapit.* Æſtus curas aut impedimenta fortunæ adverſa quæcunq; notat. Barth. lib. 25. c. 12.

v. 365 REDDITA CÆLIS JUSTA) Lib. 1. v. 459. *Multùm famulis pia juſta moratis.* lib 5. v. 6. *Tum comiti pia juſta tuli.* V. N. 4. Triſt. 10. v. 80. Kirchman. lib. 4. de Funer. Rom. c. 1. Seneca Troade v. 65. *Et juſta Trojæ facite.*

v. 368.

v.368. QUANQUAM TRITISSIMA RERUM CASTIGANDA DUCI) Hujuſmodi conſilium Logothetæ à Gregorâ datum lib.8. εἰ γοῦν μὴ διά σε ἀλλὰ τῶν ὅλων γ᾽ ἕνεκα, πρὸς τὸ χαριέστερον ἄμειβε μετὰ τῆς γλώττης ὅλον σαυτόν. &c. *Si non tuâ, at aliorum causâ, & linguam tuam & te totum ad hilariorem habitum conformato. Imitare ſolertes gubernatores, qui & adventantibus & jam urgentibus periculis triſtitiam diſſimulant. Nam cum ſciant, ſpem ſalutis vectorum omnium à ſuis pendére labris, eos in ſpem bonam erigunt, & confirmant: quamvis ſæpe & mare fundo exæſtuet, imo, & præruptus aquæ mons ſupra caput adſtet, & imber violentus è nubibus erumpat, & diſcrimen ante oculos verſetur.* Conſimilem locum vide apud Senecam in Conſolat. ad Polybium c.24. & Grut. Diſcurſ. parte 2. in Tacitum p. 10. & ſeq. Magyr. in Polymem. tit. *Bellum.* n.175.

v.378. PARVI TEMPORA FATI) ἐπάμεροι. τί δέ τις; τί δ᾽ οὔ τις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Pindar. Pyth. 8. Plutarch. De Conſolat. Maximil. Sand. in Symb. vitæ humanæ c. 125.

v.379. SOCIUS SUPERI QUONDAM IGNIS OLYMPI) Adi Tiraquellum de nobilit. c.31. n.572. Bulenger. Eclogarum ad Arnobium lib. 1. c. 4. ubi p. 79. hæc adducit.

v.380. FAS IDEÒ MISCERE NECES) Inſignis locus, hominem neminem occidendum; & homicidam non impune facinus taliſmodi ferre. *Homicidium enim maximum malum eſt, quod proximis poteſt inferri* Bernhard. ſerm. 4. ſuper, Regina ſalve. vide Alex. ab Alex. lib.3. c.5.

v.381. REDITURAQ; SEMINA CŒLO) Manil. lib. 4.

*An dubium eſt, habitare animas, ſub pectore noſtro,*
*In cœlumq; redire animas, cœloq; venire?*

Bulenger. ibid. c. 6.

v.384.

v.384. QUESTUq; NEFANDAM EDOCUERE NECEM) Maſerius hîc: *Clamat ad Dominum vindictam ſanguis juſtorum effuſus; ut de Abele ſacra docet litera, & Eraſmus de Æſopi ſanguine.* Torniellus in Annal. ſub A.M. 130. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Eſt autem iſte clamor, vel internus conſcientiæ vermis ſive ſtimulus, & ſolicitudo, quæ peccatoris mentem cruciatu angit vexatq́; perpetuò; vel ipſa divinæ juſtitiæ expoſtulatio adverſus delinquentes, cujus vox jugiter in auribus Dei clamat, nec aliquando, ut conticeſcat, ſupprimi ullo modo poteſt, donec illi, ut par eſt, caſtigentur. Quandoquidem certiſſimum eſt, quòd Deus vel maturè, vel ſerò; nullum ſcelus omninò inultum relinquit.* Vide & ſupra lib.1.v.819. Vide Henric. Ranzovium, Muſarum inſigne decus, in Epiſtolis Conſolatoriis Regum, principum, p.135. & 136.

v.385. JANUA LETHI) Lib.4.v.230. *Præmia ſed manes, recluſaq́; janua lethi.* V. N 3. Triſt.2.v.23.

v.388. QUISq́; SUOS SONTES INIMICAq́; PECTORA POENIS IMPLICAT) Eleganter hoc multorum teſtimoniis probat Clariſſimus Gruterus parte 1. Diſcurſ. ad Tacitum p.79. & ſeqq.

v.390. MADUERUNT SANGUINE DEXTRÆ) Lucan. lib.1. *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.* Supra lib.2.v.274. *Linque ò mihi cæde madentem Bache domum.* Lib.4.v.752. *Meritoq́; madent quòd ſanguine caſtus.* Lib.5.v.454. *Cæde madens.* Lib.6.v.415. *Currus cæde madens.* Et v.708. *Sanguine tunc atro chlamys ignea, ſanguine vultus Et gravidæ maduere comæ.* Vide ſupra lib.1.v.225.

v.392. HOS VARIIS MENS IPSA MODIS AGITAT) *Nihil eſt enim,* ait Cicero lib.4. de Fin. *quod tam miſeros faciat, quàm impietas & ſcelus.* vide Boch. ad Pſalm. 50.

v.398. CIMMERIÛM DOMUS) Homer. Odyſ. XI. Ovid.

Ovid.XI. Metam.v.594. Strabo lib.1. Feſt. in *Cimmerii*, Prov. *Cimmeriæ tenebræ*.

v.403. NIGRÔ METU) Lib.2. v. 45. *Noctiſq; metûs niger auget utrimq; Campus*. Cl.Mar.Victor lib.3 v.334. *Exterret q; animos niger horror, & implicat artûs.* Et v. 476. *Ecce, niger terror, tremor horridus, & ſopor intrat.*

v.410. EGO UBI PUNICEAS ORIENS) Credebant veteres, ſidera humore accendi. Ennodius panegyr. *Cum de Oceani lymfis Solis flamma ſurrexit.* Apulejus lib.9. *Sol ipſum quidem delapſus Oceanum, ſubterraneas orbis plagas illuminabat.* Corippus lib.4.

*Qualis ab Oceani liquidis Sol aureus undis*
*Splendentes mittit radios.*

Vide ſuprà lib. 1. v.34 & 62. Lipſ.2.Phyſiolog.Stoicor. c.14. Virg.12. Æn.v.113.

v.413. PERNOX) πάννυχος, ἄγρυπνος.

v.414. GELIDOS CURRûS) In curru Lunam vehi, nonnulli finxerunt. Virg.10. Æneid.v.215.

*Iamq; dies cælo conceſſerat, almaq; curru*
*Noctivagô Phœbe medium pulſabat Olympum.*

Natal.Com.lib.3.c.17.

v. 416. JAMQ; SOPOR MEDIIS TELLUREM PESSERAT HORIS) i. meridies noctis erat, ut loquitur Varro.

v.417. ET CIRCUM TACITO VOLITABANT SOMNIA) Gyrald hiſt. deor. ſyntag.9. p.300.

v.422. MEMBRA NOVAT) i. exterget & mitidat, & quaſi nova facit. Sic *barbam novare*, veteres dicebant pro radere & lævigare, expolire & q. novam facere. Hinc *novaculum*, inſtrumentum, quô barba novatur & raditur, & cutis expolitur. Cl. Salmas. ad Lamprid. p.196.

v.423. VITTIS) Meurſ. ad Lycoph. p.180.

v.423. SUPPLICE OLIVA) V.N. 1. Pont.1.v.38. lib. 3.v. 361. *Vittas frondemq; imbellis olivæ.*

v. 423.

v. 423. CASTUS) *Olea*, eſt Palladis; quia Virgini eam maximè convenire ajunt, ut eam, quæ caſtitati adhæret. Id quod uſq; eò verum, ut, qui colunt oleam puram, hos quoq, puros, hoc eſt, caſtos eſſe oporteat, atq; adeò jurejurando firmare, ſe ortos è legitimo coitu. Hinc anno ſequenti oleam feraciſſimam fieri ajunt. Enimverò apud *Anazarbum*, Ciliciæ urbem, juvenes caſti dediti ſunt cultui hujus arboris. Hinc mira olivarum copia. Paſchal. lib. 6. Coron. c. 17.

v. 431. CANDENTI VESTE SACERDOS) *Albas veſtes*, Si Artemidoro credimus lib. 2. c. 3. non alii geſtabant, quàm ſacerdotes: quâ de re adeundus Paſchalius lib. 9. Coron. c. 5. Virg. 12. Æn. v. 169. Puraque in veſte ſacerdos.

v. 434. VINCULA SOLVERE PEDUM) Prudent. hym. Fructuoſi, Augurii & Elogii v. 74. *Plantis calciamenta diſſolutus detrahere.* ibid. v. 79. *pedes reſolvere.* Et v. 85. *relaxare indumenta pedum.*

v. 436. PHÆBI ORBEM) Prudent. hym. Epiphan. *Solis rotam* dicit, pro rotundo Solis globo. Hinc infra lib. 6. v. 442. *orbita Solis*. Statius XI. Theb. v. 120. *Hyperionis orbem*. vide infra v. 558.

v. 436. PHÆBI SURGENTIS AD ORBEM FERRE MANUS) Vide Bulenger. Eclogar. ad Arnobium lib. 2. c. 4 Briſſon. de Formulis lib. 1. p. 39.

v. 456. ALTE FERRE MANÛS) Manûs expandere & in altum tollere, cum precarentur, moris erat, etiam apud ethnicos Livius lib. 5. de Camillo: *Dicitur manûs ad cælum tollens, ita precatus eſſe.* Et lib. 36. *Supinas manûs ad cælum ac Deos tendentes orantesq;.* Virg. 1. Æn v. 97.

*Ingemit, & duplices tendens ad ſidera palmas,*
*Talia voce refert.*

Idem 2. Æneid. v. 153.

Suſti-

*Suſtulit exutas ſupplex ad ſidera palmas.* Et 3. v. 176.

——————*Tendoq; ſupinas*

*Ad cælum cum voce manûs.*

Sed paſſim talia apud Græcos & Latinos obvia. Boch. ad Pſalm. 140.

v. 438. PICEÆ MACTANTUR OVES) Gyrald. hiſt. Deor. Syntag. 17. p. 505.

v. 438. PROSECTAQ; ) Briſſon. lib. 1. De Form.

v. 441. LUSTRAMINA PONTO PONE JACIT) Mos veteribus, ſordes purgamentorum in aquas abjicere vel fluviatiles vel marinas, & non-reſpicientes domum recurrere. V. N. ad Eclogam Virg. 8.

v. 442. PONE ) *Trans caput*, Virgilio.

v. 446. VIGILES CURAS ) Supra v. 358. *pervigili planctu.*

v. 454. NEC POPULI, NOSTRIVE LUANT EA FACTA NEPOTES) Ob Principis crimen non rarò populus punitur; ut docet P. Faber, illuſtris vir dignitate, lib. 3. Semeſt. c. 20. Et Euripides conqueritur, τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ᾽ εἰς τοὺς ἐκγόνους τρέπειν; *Culpam majorum poſteros luere*, ut ait Curtius lib. 7. Zechner. cent. 1. ad 92.

v. 454. MINORES) i. poſteri. Glos. *Minores*, μεταγενέστεροι. Arnob. lib. 3. *Atq; ita ex ordine tolletur & iſte cæleſtium, quem Cœlo eſſe editum patre, magnorum eſſe procreatorem deorum, vitiſatorem, falciferum, vetuſtas edidit priſca, & minorum tranſmiſit ætati.*

v. 456. LIBAVITQ; DAPES) Ex Virgil. 5. Æneid v. 92. lib. 2. v. 194. *Sævasq; dapes ac pocula libat.* *Libo* nonnulli à λείβω, quod & λίβω, faciunt: de ſacrificiis ferè uſurpatur, ut λείβειν οἶνον, *libare vinum*, h. e. effundere in ſacrificia. Inde *libare* ponitur pro ſacrificare, ut *libare Diis dapes*, Livius lib. 9. & *tura Diis libare*, Ovid. 4. pont. 8. ſupra lib. 1. v. 193.

v. 456.

v.456. QUAS PROTINUS ANGUES LINGUIS RAPUERE) Gyrald. hiſt. deor. ſyntag.15. p.419.

v.457. UMBRARUM FAMULI) *Umbrarum reges*. Statius 5. Silv. *umbrarum domini*, Boeth. lib. 3. met.12. *umbrarum populus*. Prudent.

v.462. INSTERNUNT TABULATA TORIS) *Toros* conſtituebant in tranſtris. Hîc autor. Magnæ mollitiei argumentum erat, cubare in interiore navi, non ſuper tranſtra & tabulata, aut in ſtegâ. Petronius: *Hoc erat, quod placuerat tibi, ut ſuper conſtratum navis occuparemus ſecretiſſimum locum, ne nos patereris requieſcere*. Caſaubon. ad Perſium p.446.

v.464. CERAUNIA) Iſidor. Orig. 14. c. 8. Barth. lib.57. c.14. Ovid. 2. pont. 6. ——*Rectô tranſire Ceraunia velô*.

v.466. NITIDUSQ; REDUCITUR ÆTHER) Alcimus lib.4. v.530. *Redditur & cœli vultus, ſolq; ipſe reductus*. φέγγος αἴθριον αἴγλην nominat Nonnus lib. 22. v.215. Contrarium vide lib.1. v.306.

v.480. JAM SUMMAS CŒLI) Deſcriptio meridiei. Mox v.558. *Medii tranſit rota candida Phœbi*. Statius 5. Theb. v.85.

*Sol operum medius ſummo librabat Olympo*
*Lucentes, ceu ſtaret equos.*

Et 4. Theb. v. 680.

*Tempus erat, medii cum Solem in culmina mundi*
*Tollit anhela dies; ubi tardus hiantibus arvis*
*Stat vapor, atq; omnes admittunt æthera luci.*

v.498. EQUOS) Supra v. 88. nomina exprimit: *Terrorq; Pavorq; Martis equi.*

v.508. SILENTIA RUMPIT) Lib. 5. v. 648. *Quin longa ſilentia Pallas rumperet*. vide ſupra lib.1. v.508.

v.524. SUMMO PALLA GENU) Solebant ſe iſthac more ſuccingere mulieres, aliquò ituræ, ut iter expeditiùs haberent. Sic Venus apud Virgilium 1 Æneid.

——*Hume,*

——*Humeris de more habilem ſuſpenderat arcum*
*Venatrix, dederatq; comas diffundere ventis,*
*Nuda genu, nodoq; ſinûs collecta fluentes.*

v.527. SUBMITTIT GRAMINA PLANTIS) Lucret. lib. 1. *Tibi ſvavis dædala tellus Submittit flores.*

v.537. ROSEIS HABENIS) Vide Paſchal. 2. Coron. cap. 13.

v.538. EOI POCULA REGNI) Giſan. Ind. Lucret. p. 470.

v.540. HUNC TIBI VEL) infra lib. 4. v. 584. *Aut vobis ergò fera ſaxa pateſcunt, Aut mea jam ſævæ redeunt ad pabula diræ.* V. N. 1. Triſt. 1. v. 99.

v.552. NITIDI SPIRACULA FONTIS) Limpiditatem & claritatem aquarum paſſim poetæ laudant. Metam. 3. v. 407. *Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.* Theocrit. in Dioſcur. ἄλλαι κρυστάλλῳ ἠδ' ἀργύρῳ ἰνδάλλοντο. Adi Tiraq. de Nobilit. c. 31. n. 84. Dracontius in hexaem. v. 77. *Mollior aura, exurgens nitidus de fontibus horti.* Sedulius lib. 4. *Spiramina lucis dixit.* infra lib. 6. v. 465. *blanda adſpiramina formæ.* Quid *Spiracula Ditis.* Æn. 7. vide apud Turneb. 26. c. 28.

v.557 STAGNA VAGÂ HIC LUCE MICANT, UBI CYNTHIA) Conſimiliter Statius 6. Theb. v. 575.

*Sic ubi tranquillo pollucent ſidera pontô,*
*Vibraturq; fretis cæli ſtellantis imago,*
*Omnia clara nitent, ſed clarior omnia ſupra*
*Heſperus exercet radios; quantuſq; per altum*
*Æthera, cæruleis tantus monſtratur in undis.*

Ita & Horat. 2. Carm. 5.

——*Albo ſic humero nitens,*
*Ut pura nocturno renidet*
*Luna mari, Gnidiuſve Gyges.*

v.558. ROTA PHÆBI) Solis figura in Glos. ☉ δίσκος ἡλίυ, *rota Solis.* Lucret. lib. 5. *Nam neq; tum Solis rota cerni lumine largo.* Sidonius: *Inde patefecit radiis*

*rota candida cælum.* Statius 5. Silv. carm.1.v.17. *Altera cum volucris Phœbi rota torqueat annũ.* vide ſupra v.446.

v.559. JUBAR DIFFUNDIT) Lucret. lib.3. *Largè diffuſo lumine ridet æther.* Gunther. lib.5. v.223. *Veluti nova Solis imago cæperat optatæ radios diffundere pacis.*

v.570. UNANIMUM) V.N.4. Triſt.4.v.72.

v.572. NUBE) V.N.2. pont.1.v.5.

v.575. JAM MAIORE METU) Supra lib.2. v.45.

v.576. PECTORA NAUTIS CONGELAT) Statius 4. Theb.v.498. *Gelat ora pavor.*

v.577. HIBERNI VULTUS JOVIS) Statius 3. Theb. v.26. *Cum fragor hiberni ſubitus* Jovis. Ibid. v.48. *Imber, & hibernæ ventoſa cacumina Lunæ.*

v.580. CEU PECTORA TACTUS ASILO) Iſid. Orig.12. c.ult. *Oeſtrum, animal armentis aculeis moleſtum. Oeſtrum autem Græcum eſt, quod Latinè aſilus: Vulgò tabanus vocatur.* Glos. μύωψ, *tabanus, Veſpa, aſilus.* Et alt. *Tabanus, aſilus*, οἶστρος, τὸ ζῶον. Schol. Juvenal. ad Sat.4. Rittershuſ. ad Oppian. 2. Hal. v.508. Rigalt. ad Onoſand. p.11. Ea boves & equos in rabiem agit, Unde qui magnô animi motu rapiuntur, *Oeſtrô perciti* dicuntur. Eraſm. adag. ad D. Hier. T.1.p.33 Idem Hieron. T.6. in c 4. Oſeæ: *Pro laſciviente vaccâ LXX. tranſtulerunt* παροιστρώσαν, *quæ æſtrô aſiloq; percuſſa ſit: quem vulgo tabanum vocant.* De quô & Virg. in 3. Georg. refert: *Cui nomen aſilo Romanum eſt; Oeſtron Græci vertére vocantes*, Vide ibid. plura.

v.581. PER CONFRAGA) pro confragoſa. Statius 4. Theb.v.494. *confraga ſilva.* Guntherus lib.4. v.542. *confraga rupis* dixit.

v.583. SENTA) Comment. Terent. p.165.

v.588 FRANGIT ET ABSENTEM SUB DENTIBUS HOSTEM) Confer Virg.12. Æneid.v.749.

v.595.

v.595. RURSUS HYLA, ET RURSUS HYLA) Ita emendat & emaculat eruditiſſimus Rutgerſius lib. 3. var. lect. c.8. ubi plura de Hylæ raptu. Adi & Deſider. Herald. I. Adverſ. c. 9. prov. *Hylam inclamare.* Theocrit. Idyll. 13. & Meurſ. in Spicileg. p.62. Joh. Hartung. decur. 3. c.8. n 24. Michael. Apoſtol. proverb. cent. 9. n.57.

v.596. VAGA IMAGO) I. *Echo: qua* Ovidio 3. Metam. v. 368. *in fine loquendi ingeminat voces, auditaq; verba reportat.* Horat. I. carm. 20. *jocoſa montis imago:* & 3. carm. 23. *clamor montium.* Seneca Troade v. 106. *Habitanſq; cavis montibus echo.* Anthol. 4. Evodus appellat ἠχὼ μιμολόγον, φωνῆς τρύγα, ῥήματος οὐρήν.

v.599. GRATA RUDIMENTA) Rudes bonæ mentis ſunt, qui *rudimenta*, primis prioribus corripiunt, adeoque rudunt, non poëtantur: inquit Barthius, laude omni & invidiâ major, lib. 23. c. 14. Poet Giſſen. lib. 1. c 4. p. 61. Auſonius Idyll. 15. *Dura rudimenta & juvenum temeraria pubes.* Statius 5. Silv. carm. 2. v. 9. *Clara rudimenta, & caſtrorum dulce vocaret Auſpicium.* Ovid. 1. de arte v. 193. *Tale rudimentum tanto ſub nomine debes.* Virgil. XI. Æn. v. 157. *Dura rudimenta, & nulli exaudita Deorum.*

v.610. JAPYGA) Seneca quæſt. Nat. 5. c. 17.

v.634. MARTIA TIGRIS) Ambroſ. hexaem. 6. c. 4. V.N. ad Dracont. v 194. & 196.

v.636. FLUCTUAT IRA) Virg. 4. Æneid. v. 532. *Magnoq; irarum fluctuat æſtu.* Et 12. v. 831. *Irarum tantos volvis ſub pectore fluctus?* Et v. 527. *Fluctuat ira intus.*

v.637. SERENS FERA JURG.) Ita rectè legitur ἀντὶ *furens.* Zinzerling Promulſ. Crit. c. 20.

v.645. POTIORIBUS ILLE DETERIORA FOVENS) Julian. Miſopog. ἐμμένειν τοῖς κριθεῖσιν ἀμετακινήτως. Quadrat huc illud Siracidæ 6. v 3. μὴ ἐπάρῃς σεαυτὸν ἐν βουλῇ ψυχῆς σου, ἵνα μὴ διαρπαγῇ ὡς ταῦρος ἡ ψυχή σου. Confer Lipſ. 3 polit. c. 6. initio.

v.651. SEPTIMUS AUSTER) pro ſeptimo die. Ita lib.3. v.1. *tertia Tithonia.* Lib.7.v.366 *Pampade Phœbes ſub decimâ.*

v.663. EA FAX ODIIS) *Fax* tralatè fervorem inconditum quemvis, adfectum efferum animo ſubjicientem adſignat. Barth. lib 47. c.10. & lib.24. c.10. *Fax iræ*, apud Lucret.lib.3. *Odio ardere*, dixit Cicero. *Odio flagrare*, Agell.6.c.10. & Ovid. 4. Triſt. 9. Prudent. Hamartig. v.118. *Arſit enim ſcintilla odii de fomite Zeli.*

v.673. ORA ÆQUE MORTALIA GERUNT) Magir. in Polymnemone; tit. *Homo*, n.8.

v.676 CONSORTIA FAMÆ) Gunther.lib. 5. v.375. *conſortia pacis.* & lib.8.v.702. *conſortia pœnæ.* Statius 1. Theb.v 84. *conſortia generis.*

v.678. VOS, QUIBUS ET VIRTUS ) Horat. Epod. 16. *Vos, quibus eſt virtus,*

v.685. VARIÒ NUTAT SENTENTIA MOTU) Martian. Capella lib.1. *Anxia cùm trepidis nutat ſententia rebus.* Statius 12 Theb. v.173. *Continuò diſcors variô ſententia motu ſcinditur.*

v.687. SAT LACRIMIS COMITIQ; DATUM) Æn. 9.v.135. *Sat fatis Veneriq; datum eſt.*

v.687. SORTIBUS ÆVI ) Horat.2. carm. 3.

——— *Omnium*
*Verſatur urna: ſeriùs ociùs*
*Sors exitura.*

v.694. ARDUA MONTIS ) Apulejus 1. Metam. *Poſtquam ardua montium; & lubrica vallium, & reſcida ceſpitum, & gleboſa camporum emerſi.*

v.700. AD ALCIDEN VERSUS FAVOR ) Lib. 4. v. 227. *Nec ſonat Oebalius caveæ favor. Favere hîc eſt* ἐπιβοᾶν: *Favor,* εὐφημία, ἐπιβόησις, & acclamatio incitantis ac benè cupientis. Theatrorum enim ac Circi verba ſunt *favere* & *favor*; quæ non ſignificant tacitam benevolentiam ſed quæ voce geſtuque ſignifi-

gnificaretur. Vide plura apud Caſaubonum ad Vopiſcum.

v. 705. ASPERA NUNC) Simile illud Theocriti Idyll. 1. v. 135. ——— νῦν καὶ τὼς κυνάς ὠ 'λαφος ἕλκοι.

v. 706. HANC EGO MAGNANIMI SPOLIUM DIDYMAONIS) Turneb. lib. 8. c. 16.

v. 708. MATRE PEREMTÂ) *Mater*, de arboro uſurpatur, propter ramos, qui ex eâ ſuccreſcunt. Virgil. 2. Georg. v. 18.

*——— ——— Etiam Parnaſſia laurus*
*Parva ſub ingenti matris ſe ſubjicit umbrâ.*

Ibid. v. 23.

*Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum*
*Depoſuit ſulcis.* Et v. 55.
*Nunc altæ frondes, & rami matris opacant.*

Lib. 12. Æneid. v. 206.

*Ut ſceptrum hoc (dextrâ ſceptrum nam fortè gerebat)*
*Nunquam fronde levi fundet virgulta, nec umbras;*
*Cum ſemel in ſilvis imô de ſtirpe reciſum*
*Matre caret, poſuitq; comas & brachia ferro.*

Seneca Troade v. 540.

*Quæ tenera caſo virga de trunco ſtetit,*
*Par ipſa matri tempore exiguo ſubit,*
*Umbrasq; terris reddit, & cœlo nemus.*

Rutgerſ. 4. Var. lect. c. 16. Robbig. lib. 5. Cod. Crit. cap. 19.

v. 710. HOC OMNI TIBI NUMINE FIRMO) Virg. 12. Æneid. v. 188. *Ut potius reor, & potius DI numine firment.* Adi clariſſ. Finckium, canon. Theolog. cent. 4. cap. 5.

v. 712. SERUS) pro *ſerò*. Confer Fr. Nanſium ad c. 8. Johan. in Nonno v. 5.

v. 715. ILLACRIMAT) Lib. 5. v. 484. *Totq; illacrimantia Divos oppida.* *Illacrimare* dicuntur, qui miſereſcunt. Ovid. 5. Triſt. 9.

*Nec mala te reddunt mitem placidumq́; jacenti*
*Noſtra, quibus poſſint illacrimare feræ.*

Horatius Plutonem, quod nullius flectatur precibus, *illacrimabilem* appellat:

*Non ſi tricenis, quotquot eunt dies,*
*Amice places illacrimabilem*
*Plutona tauris.*

Vide prov. *Boni viri lacrimabiles.*

v.721. VESTIGIA) i. indicia. V.N. ad Hilarii Geneſin v.703.

v.728. CALABRIS REDIT ARMENTARIUS ARVIS) Eodem pacto & Oppianus Veſpertinum tempus deſcribit 3.Cyneget.v.195. & longè venuſtius 1 Cyneget. v.138. quem vide.

v.731. FLAMINA CONTICUERE) Arnob. lib. 1. nominat *flaturas: Quid enim ſi hoc pacto navigationis cupidiſſimus conqueratur, ventos jamdiu non eſſe, & cæli conquieviſſe flaturas?* ibid. *Nunquid ſuas animas exſpiraverunt venti? emortuisq́; flaminibus neq́; cælum coarctatur in nubila, &c.* Eodem libro, *Ventorum flamina* dicit. Boeth. lib 1. met.2. *Unde ſonora Flamina ſollicitent æquora ponti.* infra lib 5. v. 682. *Ubi Theſſalicis referent hos flamina terris.* lib 4.v.98. *Et Minyas viſô liquerunt flamina Phœbo.*

v.731. JACET CUM FLATIBUS ÆQUOR) Virgil. eclog.9. *Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor.* Statius 1. Theb. v. 479. ——*Ventis ut decertata reſidunt æquora.*

v.735. URIT AMOR) Lib. 6.v. 207. *Incendit amore.* lib.7.v.243. *aſpera perpetior duræ incendia mentis.* v.253. *Imi pectoris ignem.* lib. 8. v. 159. *ardet amore.* v. 300. *Sponſæ flammatus amore.* Vide ſupra lib 2. v.354.

v.735. NEGAT DECEDERE.) lib. 7.v.306. *tectisq́; negat procedere virgo.* lib. 5. v. 29. *avellíq́; negant.* Vechner lib.1. hellenolex. c.7. & lib.2.c.2.

v.736. LEO) Adi Joh. Bapt. Pium, Annot. poſt. c. 102.

v. 738. CASTELLA) Juſtinian. lib. 11. καστέλλους τὰ φρούρια τῶν λατίνων καλοῦσι φωνῇ. Etymolog. φρούριον, ὀχύρωμα ἢ κάστρον. Vide Johan. Hering. de jure Burgorum in Mantiſſa c. 1. concluſ. 6. n. 44.

v.739. JUBA) Glos. χαίτη, *ſeta*, *juba*. Lucan. lib. 1. v. 209.

*Erexitq́; jubam, & vaſtô grave murmur hiatu*
*Infremuit.*

Seneca Oedipo v.919.

*Qualis per arva Libycus inſanit leo,*
*Fulvam minaci fronte concutiens jubam.*

Lib. 3. v. 24.

v.739 MANAT LUCTU) *Manare*, abundantiam rei denotat. Petronius: *Gurgite ſic plenô facies manavit.* Statius 9. Theb. v.528. *Vulnera manant.* Et 12. v. 109. *Manant lacera ora cruentis unguibus.* Et 3. v. 122. *Ceu nulla prius lamenta, nec atri manaſſent imbres.* infra lib. 4. v.307. *Iam tempora manant.* Seneca Troade v. 118.

*—— Fluit, & multo ſanguine manat.*

# AD LIBRUM IV.

VERS. 5. SOLISQ; ORIS) Lib. 3. v. 735. *Soliſq; negat decedere ſilvis*

v.12 RERUM MIHI FIRMA POTESTAS) ἔπος γὰρ οὐδὲν παλινάγρετον τοῦ Διὸς, οὐδὲ ἀπατηλὸν, οὐδὲ ἀτελεύτητον ὅ, τι κεφαλῇ κατανεύσῃ: quod eleganter ſcribit Themiſtius Euphrades, orator melliſſimus, orat. 4. ubi Remus, at qui vir? iſta Fulgentii adducit de prædeſtinat. *Ideò in Dei promiſſis nulla eſt falſitas, quia in faciendis nulla omnipotenti eſt difficultas. Quicquid autem vult, poteſt; qui, quantum vult, tantum poteſt.*